Franciscus Crassinski

Dei gratia Episcopus Cracovien. Ad perpetuam rei memoriam. Universis et singulis presentibus et futuris, harum notitiam habituris, tenore futum significamus. Quod cum nos providere cupiamus utilitati et bono regimini oppidi nri Dalesycen quod, diuersi generis artificibus refertum esse velimus, faciendum nobis esse existimauimus, vt ad fundationem Joannis Mroz, et Joannis Zimmerwal eiusdem artis semper, literas priuilegij incundæ societatis fabrilis artis, quo q, qui nunc in eodem nro Dalesycen oppido morantur fabri ferrarij, bonam reputationem magistery suæ artis, quod cæteras ciuitates retinent, multiq alij ad edisendam eiusmodi artem alliciantur, daremus et concederemus, vti quidem damus et concedimus, adscriptis in eisdem priuilegijs certis constitutionibus, ad retinendam eiusmodi artis morum disciplinam necessarijs pro commode fut tenore. Quamis omnes tam magistri quam socij, et alij fratres in dicta societate consisten, ad ecclesiam Dalesycen, singulis anni quatuor temporibus pro die inter se constituenda conuenientes, vigilias nouem lectionum cum defunctor missa cereis accensis decantare per sacerdotes eiusdem ecclesiæ procurabunt, in quo sacrificio quilibet ipsor ad Altare offerre aliquid de pecunijs tenebitur pro arbitrio sui voluntatis. In qua ecclesia habebit hæc fraternitas suos cereos, quos, iumores in artificio magistri, singulis diebus dominicis et festis celebrioribus accendere tenebuntur, ipso vero corporis Xpi festo, et per totam octauam, atq diebus festis, quibus processiones cum Sacramento Eucharistiæ peraguntur, quilibet ex fraternitate eadem interesse, ac sese deuotè gerentes processionem comitari teneantur. Iumores vero magistri, cereos ante Sacramentum deferent. Quibus quidem singulis quatuor anni temporibus, magistri et socij artificij prædicti conuessus habebunt, ad discplinam morum faciendam, et consultanda de bono publico societatis, omnesq magistri ys quatuor anni temporibus ad cerrarum publicum, vnum grossum socij vero medium grossum quisq ipsor reponere tenebitur. Hi vero qui hanc fraternitatem suscipere et inire voluerint, ratione noui ingressus quartam ceræ fixatæ vnicè soluent: singulis verò quatuor temporibus anni, medium grossum cum cæteris fratribus in cerrarum publicu reponant. Discipulus verò nouus pro edisenda arte, duo talenta ceræ, et medtam tunnæ cerussiæ soluat. Quotis autem Deo volente, aliquem ex ipa fraternitate ex hac vita decedere contigerit, omnes dicta societatis fratres et socij, ex communibus verò alter cereus ad domum fratris defuncti ex mandatione seniorum comeniant, tumsq ad ecclesiam cum luminaribus honestè deducant, et pro suis fratris anima præces ad Deum humiliter faciant, et alia pietatis opera exhibeant, in deq non prius recedant, nisi iustis absolutis et officijs diuinis peractis. Qui vero eiusmodi pietatis officia, tam in Deum, quàm in proximum neglexerit, nec eius absentiam iusta causa excusauerit, pœna vnius talenti ceræ fixatæ per seniores artis, puniatur. Præterea statuimus vt fratres tam iuniores quàm seniores intra quatuor tempora anni singulis dualis Hebdomadis propter professum et vtilitatem artificij coram ad vnum locum conueniant, per seniores artis vocati. Qui vero quis temerarie venire noluerint vno talento ceræ, in rem societatis prædictæ conuertendæ puniatur. CVM vero Societas prædicta aliquo conuiuiolo sese exhilare voluerit, omnem modestiam seruent, iumores obsequia ex[illegible] vero modesti, contentiosi, per fratres seniores, de scientia Proconsulis, pœna cereis vel pecuniaria multa puniantur. Quod si eiusmodi conuentum et congressum, recipientibus iam in sessione seniorib[illegible] Quicunq insolens [illegible] [illegible] ex dicta fraternitate non venerit, absensq fuerit, pœna vnius talenti cerussæ, qui vero seruus conuenerit, negse sese præsentauerit, vno crosso [illegible] [illegible] dimissus fuerit à suo magistro, sub pœna duor talentorum cum medio [illegible] [illegible] [illegible]

Dokument M. Daleszyc.